



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

D[omi]nica quarta in quadragesima ad vespervas. ps[...] Benedictus cum
ceteris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

interficiamus animam eius :
nec effundamus sanguinem :
sed projicite eum in cisternam
veterem que est in solitudine :
manusque vestras servate inno-
cias. Hoc autem dicebat volens
eripe eum de manibus eorum et red-
dere patri suo. **Tu. Lectio iij**
Confestim igitur ut pervenit
ad fratres suos nudaverunt eum
tunica talari et polimita: misse-
runtque eum in cisternam veterem
que non habebat aquam. Et
sedentes ut comederet panes
viderunt bismaelitas viato-
res venire de galaad et came-
los eorum portantes aroma-
ta et resinam et stactem in egip-
tum. Dixit ergo iudas fratri-
bus suis. Quid potest nobis
si occiderimus fratrem nostrum
et celauerimus sanguinem ipsius?
Melius est ut veniatur hys
maelitis et manus nostre non
polluantur. Frater enim et caro
nostra est. **Tu autem. Capitulum.**
Deus eterne qui abscondito-
rum es cognitor et nosti omnia
antequam fiant: tu scis quoniam falsus
testimonium tulerunt contra me
Deo gratias. **Sup. bñs. añ.**
Inclinavit se iesus scribebat in
terra. Si quis sine peccato est
mittat in eam lapidem. **Col.**
Presta quoniam omnipotens deus: ut
qui se affligendo carne ab ali-
mentis abstinent sectando iu-
sticiam a culpa teinnet. Per

Pretende domine. **Sup. populū**
fidelibus tuis dexteram cele-
stis auxilij: ut et te toto corde
perquirant: et que digne postu-
lant consequi mereantur. **Per.**
**Dñica quarta in quadragesi-
ma ad vespertas. ps. Benedic-
tus cum ceteris. Capitulum.**
Fratres: Scriptum est quoniam
abraham duo filios habuit: v-
num de ancilla: vnum de libe-
ra: sed qui de ancilla finem car-
nem natus est: qui autem de
libera per reprobationem: que
sunt per allegoriam dicta. **D.**
R. Audi israel precepta domini:
et ea in corde tuo quasi in libro
scribe. Et dabo tibi terram fluvi-
ten lac et mel. **ps.** Israel si me
audieris non erit in te deus res-
cens neque adorabis deum alie-
num. **Et Gloria. Et. Sup. mag.**
añ. Nemo te condemnavit mu-
lier: nemo domine nec ego te condē-
nabo iam amplius noli pec-
care. **Concede quoniam Collecta.** care
omnipotens deus: ut qui ex merito
nostre actionis affligimur tue
gratie consolatione respirem?
Per. Nulla suffragia. Ad ma-
tutinas Inuitat. Populus do-
mini et oves pascue eius. **Gle-**
nite adoremus eum. **ps. Gle-**
nite. **In primo nocturno. Amē**
dico vobis quia nemo propheta ac-
ceptus est in patria sua. **psal.**
dñical. noc. añ. Ubi duo vel
tres congregati fuerint in no-

mine meo in medio eorum sicut
 dicit dominus. **an.** Non lotis ma-
 nibus manducare non coniun-
 gat hominem. **Sermo beati iohannis
 episcopi. Lectio Prima.**
Stabat moyses in monte
 non armis sed precibus pug-
 naturus Stabat extensus ad
 celum manibus deuoto orans af-
 fectum non de terra sed de celo
 auxiliū postulabat. Pugnat
 cum hostibus absens cum externis
 sine bello decertat: ut quę loci
 diuersitas ab inimicis seuer-
 rat orationis effectus: bellato-
 rem pntem hostibus exhiberet.
Tu. R. Locutus est dominus
 ad moysen dicens: descende in
 egyptum dic pharaoni ut di-
 mittat populum meum. Indu-
 ratum est cor pharaonis non
 vult dimittere populum meum
 nisi in manu forti. **R.** Vidēs
 vidi afflictionem populi mei in
 egypto et gemitum eius: audiui
 et descendi liberare eum. **Indu.**
Fit moyses orante **Lectio scda**
 pugna occulta sed manifesta
 victoria Latenter dimicat et
 uidenter deuicit. Solus orat
 ut multi saluent. Stabat moy-
 ses in monte iam primus ce-
 lo: iam vicinus sideribus: et
 quanto eum sublimitas mortis
 extulerat tanto oratio deo pro-
 ximum exhibebat **Tu aut. R.**
 Stetit moyses coram phara-
 one et dixit **Hec dicit dominus**

dimittite populum meum ut sa-
 crificet michi in deserto. **R.** Do-
 minus deus hebreorum misit me
 ad te ut dicam tibi **Hec dicit.**
Fit moyses orante **Lectio tertia**
 victoria cessante mesticia Po-
 tentior hostis efficitur iusti cor-
 pore fatigato. Desini israel vi-
 cere moyses desistente in prece
 ut dum diuersa populis exhibi-
 bentur: orationis nobis pote-
 tia monstraretur **Tu aut. R.**
Lanternus domino gloriose effi-
 honorificatus est equum et ascen-
 sorem proiecit in mare. Adiutor
 et pector factus est michi dominus in
 salutem. **R.** Turris pharaonis
 et exercitum eius proiecit
 in mare **Ad Gla Ad. In se-
 cundo nocturno an.** Detine-
 bant turbe iesum ne discede-
 ret ab eis quibus ille dixit quod
 et alijs ciuitatibus oportet me
 euangelizare regnum dei. **An.**
Aqua quam ego dederō qui
 biberit ex ea non sitiet ultra.
an. Deus tibus est ut faci-
 am voluntatem patris mei.
R. Cadent a latere. **Lectio iij**
Denique tam diu ista diuersi-
 tas valuit quādiu iugis ora-
 tio defuit Perseuerante prece
 perseuerans victoria roborat
 Jam geritur pugna cum ho-
 stibus: iam amalech precibus debel-
 latur **L**ōmendatur hebreorum
 populus deo quem hostilis in-
 manitas puocarat ad bellum